Lingua Komiensis

Lingua Komiensis[1] est una e linguis Permicis, quae ad ramum Finno-Ugricam linguarum Uralicarum pertinent. Tres habet dialectus magnas (quae ipsae habent dialectus multas), inter quas Komiensis Zyrianica, Komiensis Permica, et Komiensis Jaz'viniensis.[2] Lingua Komiensis Zyrianica[3] in re publica Komiensi Russiae lingua publica est, lingua Komiensis Permica in districto Komiensi Permico territorii Permici. Circa 219 milia hominum lingua Komiensi utuntur. Systema scripturae Cyrillica paucisque signis diacriticis utitur. Saeculis quindecimo et sedecimo scriptura Permiensi antiqua utebatur.

Lingua Komiensis Коми кыв	
Taxinomia:	Uralica Finno-Ugrica Permica **Lingua Komiensis**
Locutores:	219 000
Sigla:	1 kv, 2 —, 3 —
Status publicus	
Officialis	Res publica Komi, districtus autonomus Komiensis Permicus (territorii Permici)
Privata	Russia
Litterae:	Abecedarium Komi
Scriptura:	
Procuratio:	—


Linguae Finno-Ugricae

Exemplum: Pater noster

Батьӧй миян,	Pater noster,
Тэ енэжъяс вылын олан.	qui es in caelis,
Мед лоӧ вежаӧн Тэнад нимыд,	sanctificetur nomen tuum.
Мед воас Тэнад Юралӧмыд,	Adveniat regnum tuum.
Мед инас Тэнад кӧсйӧмыд	Fiat voluntas tua,
му вылын енэжын моз.	sicut in caelo, et in terra.
Сет миянлы талун кежлӧ няньнымӧс,	Panem nostrum cotidianum da nobis hodie,
И прӧстит миянлысь мыжъяснымӧс,	et dimitte nobis debita nostra,
кыдзи ми прӧститам миян водзын мыжаясӧс.	sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
Эн сет миянлы ылавны,	Et ne nos induxeris in tentationem,
но видз миянӧс омӧльысь.	sed libera nos a malo.
Аминь[4].	Amen.

Notae

1. Adiectivum in binominibus biologicis solitum.
2. Russice *Коми-язьвинское наречие*.
3. Vel *Siraenica*.

4. Evangelium Komiense in *Bible.is* (http://listen.bible.is/KPVIBT/Matt/6/9).

Linguae Finno-Ugricae	
Finno-Permicae	Samicae • Finnica • Carelica • Vepsica • Izhorica • Votica • Estonica • Voruvica • Livonica • Mari (pratensis • montana) • Morduinicae (Erzia • Moxel) • Komiensis • Udmurtica
Ugricae	Hungarica • Chantyensis • Mansiensis